

262.

1310, Maggio 8.

*Altra lettera del Doge Piet. Grad. al Re Ossin.*

(547). MCCCX die XIII madii, VIII Indicione.

Domino Hossino Regi Armenie. Cum nobilem et sapientem virum *Gregorium Delfino* civem et fidelem nostrum dilectum exhibitorem presencium in Baiulum Venetorum nostrorum in Regno Armenie presencialiter destinemus, Maiestatem regiam de quo plene confidimus, affectuose rogamus quatenus vobis placeat dictum Baiulum et alios nostros fideles in Regno vestro habere sicut speramus de vobis favorabiliter commendatum.

263.

*Altra lettera del Doge al detto Re.*

Eidem.

(548). Cum viro nobili Gregorio Delfino civi et fideli nostro dilecto, quem in baiulum nostrorum venetorum in Regno vestro presencialiter mittimus, quedam majestati regie parte nostra commiserimus refferenda, serenitatem vestram affectuose rogamus quatenus vobis placeat, hiis que dictus nobilis, vobis pro parte nostra retulerit fidem credulam adhibere.

Datum ut supra.

264.

*Il Doge a Helhum Signore di Neghir Capitano della Curia reale.*

(549). Barono Aychono domino de Nigrino et capitaneo curie domini Regis Armenie, tam per virum nobilem *Nicolaum Maurocennum* civem et fidelem nostrum dilectum, quam per alias veridica